

Q. SEPTIMII FLOREN

TIS TERTULLIANI, ADVER/
SVS PRAXEAN, LIBER.



Arie diabolus æmulatus est ueritatem. Adfecta uit illam aliquando defendendo cōcutere. Vnicum dominū uindicat omnipotentē mundi cōditorem, ut & de unico hæresim faciat. Ipsum dicit patrem descendisse in uirgine, ipsum ex ea natum, ipsum passum. Deniq; ipsum esse IESVM CHRISTVM. Excidit sibi coluber, quia IESVM CHRISTVM post baptisma Iohannis tentās, ut filium dei adgressus est, certus filium deum

habere, uel ex ipsis scripturis de quibus tunc tentationem struebat. Si tu es filius dei, dic ut lapides isti panes fiant. Item: Si tu es filius dei, deijce te hinc, Scriptum est enim, quod mādauit angelis suis super te, utiq; pater, ut te manibus suis tollant, ne cubi ad lapidem pedem tuū offendas. Aut nunquid mēdaciū Euangelijs exprobrauit, dicens: Viderit Matthæus & Lucas. Cæterum ego ad ipsum deum accessi, ipsum omnipotentē cōminus tentauī. Ideo & accessi, ideo & tentauī. Cæterum si filius dei esset, nunquā illum fortasse dignarer. Sed enim ipse potius à primordio mendax est: & si quem hominem de suo subornauit ut Praxean. Nam iste primus ex Asia hoc genus peruersitatis intulit Romanæ humo. Et aliās inquietus, insuper de iactatiōe martyrii inflatus, ob solum & simplex & breue carceris tædiū, quando & si corpus suū tradidisset exurendum, nihil profecisset, dilectionē dei nō habens, cuius charismata quoq; expugnauit. Nam idem tūcepiscopum Romanū agnoscentē iam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem ecclesijs Asiæ, & Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis prophetis & ecclesijs eorum adseuerando, & præcessorum eius autoritates defendendo, coëgit & literas pacis reuocare iam emissas, & à proposito recipiendorum charismatum cōcessare. Ita duo negotia diaboli Praxean Romæ procurauit, prophetiam expulit, & hæresim intulit. Paradetum fugauit & patrem crucifixit. Fructificauerant auenæ Praxeanæ, hic quoq; superferminatæ dormientibus multis in simplicitate doctrinæ: traductæ dehinc per quem deus uoluit, etiam euulsæ uidebantur. Deniq; cauerat pristinum doctor de emēdatiōe sua: & manet chirographū apud Psychicos, apud quos tunc gesta res est. exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio paradeoti, atq; defensio, disiunxit à Psychicis. Auenæ uero illæ ubiq; tunc semen excusserant. Ita aliq̄ diu per hypocrisin subdola uiuacitate latitauit: & nūc denuo erupit. Sed & denuo eradicabitur, si uoluerit dominus in isto cōmeatu

si quo

Montanizat.

Psychici.